

93

Urbanus episcopus servus servorum Dei: dilectis filiis preposito et fratribus ecclesie sancti sepulchri de Miechovia, ad Hierosolymitanam ecclesiam pleno iure pertinentis, ordinis sancti Augustini Cracoviensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus annuentes, vos habendi altare portatile, ac in eo libere celebrandi, auctoritate vobis presentium concedimus facultatem, sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum, eius se noverit incursurum. Datum apud montem Flavcon, sexta nonas octobris. Pontificatus nostri anno secundo.

Monastica.

*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]*

29

*[Faint handwriting, possibly a signature or date.]*

*[Faint handwriting at the bottom of the page.]*